

129. Glossema πατέρων, quod post γενναίων irrepserat, delevit Monkus.

139. οὔτε γόοισιν (sic Triclinius pro γόοις) οὔτ' ἄνταις] οὔτ' ἄνταις Hermanni emendatio est pro οὔτε λιταῖσιν. Vocabulum ex hoc tantum loco cognitum et ex glossa Hesychii, ἀντησι (codex ἀντήσει): λιτανείαις, ἀντήσεσι. Quae glossa ex poeta epico sumta videtur.

192. κεναῖς δ' ἀμφίσταμαι τραπέζαις] Codex ἀφίσταμαι a manu prima, ex quo recentior ἐφίσταμαι fecit. Vera quam metrum versus strophici 172. ποθῶν δ' οὐκ ἀξιοῖ φανῆναι postulat scriptura ἀμφίσταμαι restituta in uno ex antiquioribus apographis eandemque suo in libro legit Eustathius ad Homer. p. 1692, 57. Recte autem ἀμφίστασθαι τραπέζαις etiam una dicitur persona quae mensam ambit et modo hic modo illic subsistit.

277. εὐροῦς' ἐκείνην ἡμέραν] Mire dictum εὐροῦς', pro quo τηροῦς' probabiliter coniecit Meinekius. Inepte enim Clytaemnestra diem quo Agamemnonem interfecerit computando invenisse dicitur, quasi diei quo facinus atrocissimum commiserat unquam oblivisci potuerit.

286. τοσόνδ' ὅσον μοι θυμὸς ἡδονὴν φέρει] Exspectes potius ἡδονὴν ἔχει, quod Nauckius coniecit et Meinekius (ad Oedip. Col. p. 254.) simili confirmavit exemplo Pherecratis (Com. vol. 2. p. 326.) σοί τε γὰρ κλύειν | ἐμοί τε λέξαι θυμὸς ἡδονὴν ἔχει. Sed fatendum etiam φέρει ab Sophocle dici potuisse. Neque admodum verisimile est hoc in φέρει corruptum esse.

337. τοιαῦτα δ' ἄλλα καὶ σὲ βούλομαι ποιεῖν] ἄλλα scripsi pro ἀλλά.

391. προσωτάτω φύγω L. Dindorfus. Codex προσώτατ' ἐκφύγω.

433. ἐχθρᾶς ἀπὸ γυναικὸς ἰστάναι | κτερίσματ'] ἀπὸ in codice a manu recenti et in apographis additum, haud dubie ex coniectura, sed ea verissima.

467. ἐπισπεύδειν τὸ δρᾶν] Verbi ἐπισπεύδειν unum est exemplum apud Euripidem Troad. 1275. ἀλλ', ὧ γεραιὲ πούς, ἐπίσπευσον μολεῖν, nullum apud Aeschylum neque praeter hunc Electrae versum apud Sophoclem: ut non improbabilis sit Mauricii Schmidtii coniectura ἐπισπεύδειν ex glossemate illatum esse pro ἐπισπέρχειν, quod verbum per ἐπισπεύδειν interpre-